

per Bedam: qui se sensisse redarguit in retractionibus suis. Laudemus igit dominum in sanctis suis quibus tantam gratiam contulit: ut cunctis inimicis prebissime consternatis ad celorum regna gloriosi migraverint ubi cum christo letantur: Qui vivit et regnat in secula seculorum amen.

Sermo quadragesimus quartus de sacris admirandisque stigmatibus seraphici francisci.

Etenim stigma
ra domini iesu in corpore meo portato Doctoris gentium verba sunt ista ad galatas ultimo. c. Elegit pater omnium deus beatus franciscus qui non solum euangelica doctrina viteque perfectio: sed mirabili signo stigmatum excitaret hominum corda ad desiderium eterne vite. Duobus quidem annis picturam crucis in manibus pedibus et latere visibiliter tulit. Et sicut apostoli virtute magna reddebant testimonium resurrectionis iesu christi. ita franciscus in se ipso proprio suo corpore christum resuscitatum luculentissime demonstrabat. Sed plerique dum hec audiunt vel credere nolunt franciscum signo crucifixi fuisse insignitum: vel quid leve et non admirandum id asseverant. Quapropter ut novitas tantere cum devotione fidelibus innotescat: reprimaturque temeritas curiosorum in hoc sermone de sacris francisci stigmatibus tractare decrevi. Ostendam autem confirmationem francisci: non nisi inter dei mirabilia magna fore deputanda: ob quod convenientissime sanctus iste sublimis verba proposita dicere potest. In quibus de stigmatibus ipsis tria mysteria proponimus contemplanda.

Primum dicimus veritatis.

Secundum sublimitatis.

Tertium congruitatis.

Quod non est fictio quicquid dicimus de stigmatibus francisci: cum veritas tantere multipliciter confirmetur.

Capitulum. i.

Primum mysterium contemplandum dicimus veritatis. In quo speculari, liber an sit verum quod sanctus franciscus habuit stigmata in suo corpore virtute divina et supernaturali impressa. Nam posset aliquis dicere multa fuisse ab exquisitis ingenijs conficta et in scriptis tradita. que tamen sunt penitus a veritate aliena. Idcirco Aug. li. xvij. de ci. dei. c. xij. inquit. Fabule facte sunt de minotauro quod bestia fuerit inclusa laborinto: quo cum intrassent homines inextricabili errore inde exire non poterant. De centauro quod equorum hominumque fuerint natura coniuncti. De cerbero quod sit triceps inferiorum ca-

nis. De friso et belle eius sorore quod vecti arie se volaverunt. De gorgone quod fuerit crinita serpentibus: et aspicientes convertibat in lapides. De bellozofonte quod equo pennis volante sit vectus quod equus pegasus dictus est. De an sione vel arione quod cythare suavitatem lapides mulserit: et attraxerit. De fabro dedalo et eius icaro filio quod sibi coaptatis pennis volaverint. hec ille. Si igitur ista et alia huius excogitare potuerint quod mirum inquit increduli si de francisco aliquis fingendo et mentiendo dixerit quod in manibus pedibus et latere plagas: quasi crucifixus habuit. Sed tales incredulos nos facile convincere possumus dum veritatem stigmatum francisci ex tribus ad lucem deducimus.

Primo ex ecclesie auctoritate.

Secundo ex testimoniis sanctitatis.

Tercio ex miraculorum claritate.

Primo probamus veritatem stigmatum francisci ex ecclesie auctoritate. Nam ut christus dixit matth. xvij. c. Qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Igitur pontifices et cardinales de illis stigmatibus clarum prebent testimonium. Nam dominus Bonaventura cardinalis episcopus albanensis vir eximie sanctitatis legenda sancti francisci eleganter scripsit: in qua diffuse loquitur de stigmatibus illis. Dominus Raynerius cardinalis de viterbio composuit hymnum qui incipit. Plaudite turba paupercula. ubi de stigmatibus sequentem versiculum interposuit vili contentus tegmine sancto calefactus flamine vicit algore caumata christi dum gestat stigma. Dominus theobaldus cardinalis de capua edidit hymnum qui incipit. In celesti collegio. et hymnum qui incipit. Decus morum dux minorum: et hoc de stigmatibus ita inquit. Regis signum ducem dignum insignitum manu latere. Benedictus papa xij. bullam fecit de stigmatibus sacris qua statuit ut fratres minores publice in ecclesia officium stigmatum annuatim possent celebrare. Nicolaus papa. iij. in extravaganti quod ponitur in. vi. decretal. et incipit. Exiit qui seminat et. dum regulam beati francisci in multis extolleret postea ita subdidit. Nec est cui attestante paulo nullus de cetero debet esse molestus quam christus suis sacris stigmatibus confirmari volens institutore ipsius passionis sue signis notabiliter insignivit. Alexander papa. iij. plurimas apostolicas litteras francisci stigmata comprobavit. Prima eius bulla incipit. gratia de ac singulare miraculum. Secunda. Si nove leticie militantis ecclesie. Tercia. Benigna divine operacionis voluntas. In hac ita de stigmatibus loquitur. iocunda dominice passionis insignia in eiusdem sancti corpore dum adhuc vitali spiritu

foueretur manus celestis operatoris imple-
sit. Et iterum ibidem in manibus eius et pedibus
expressa vndique similitudo clauorum de subie-
cto proprie carnis excreuit vel de materia noue
creationis accreuit. De isto Alexandro dicit
dominus Bonauen. in legenda maiori. dominus Al-
lexander quartus dum publice predicaret coram
multis fratribus et audire me asseruit se sacra
illa stigmata domini sancti viueret propriis oculis
cospicere. Grego. papa. ix. qui beatus franciscus
catholico sanctorum ascripsit bulla quae incipit.
Cofessor domini gloriosus. qui dirigit vniuersita-
ti vestre non indigne durinus exprimendus
vix quod sanctus franciscus dum adhuc vite spa-
cium percurreret patris et postquam feliciter sum-
mauit manibus latere et pedibus specie stigma-
tum diuinitus extitit insignitus. Sic Grego.
antiphona fecit quae cantatur in vesperis et de sti-
gmatibus clare sic loquitur. plange turba paup-
cula ad patrem clama pauperum hoc lugubre su-
spiritum pater francisce suscipe et pro christo sti-
gmata lateris pedum manuque: ut nobis red-
dat orphanis tanti patris vicarium. Insuper
Grego. prefatus antequam beatus franciscus catho-
lico sanctorum ascriberet scrupulum in corde ha-
buir quo ad vulnus laterale. Nocte vero qua-
dam sicut idem pontifex post referebat cum la-
chrymis beatus franciscus quadam faciei pre-
sentia duritie ei in somnis apparuit. Et besitatio-
ne cordis redarguens: eleuauit brachium dex-
trium dextera vulnus: sicutque poposcit: quod porre-
cta videbat sanguine et latere defluente im-
pleri. Ex tunc ut inquit Bonauen. ad illud sa-
crum miraculum tanta cepit deuotione affici et emu-
latione feruere: ut nullo modo pati posset quod ali-
quis perfugientia illa signa: supbia presumeret
impugnatione fuscari: quin cum seuera increpa-
tione ferret. Et ut ipse Bonauen. testatur. vide-
runt stigmata illa ex familiaritate quam cum vi-
ro sancto habebat alii cardinales: laudes sa-
crozum stigmatum psalmis et hymnis ac antipho-
nis quas ad ipsius ediderunt honorem veraciter in-
ferentes quod tam verbo quam scripto prohibuerunt testi-
monium veritati. Secundo probamus veritatem sti-
gmatum francisci ex testimonii multiplicitate. Pre-
ter enim pontifices et cardinales ecclesie sancte
de quibus diximus: fuerunt et alii quamplurimi qui et
dum sancti viueret et postquam volauit ad suppos-
ta stigmata illa viderunt. nam ut dominus Bonauen. re-
fert cernens christi seruus quod stigmata carni tam lu-
culenter impressa socios familiares latere non
posse: timens nihilominus publicare domini sa-
cramentum in magno fuit posuit dubitationis
agone: utrum quod viderat diceret vel taceret. Con-
pulsus tamen conscientie stimulo quibusdam ex fratri-

bus intimioribus sibi cum multo timore se-
riem retulit visionis prefate. Ipsi fuerunt frater
Illuminatus. frater Leo. frater Rufinus.
frater pacificus. et alii eius socii de quibus di-
cit Bonauen. quod licet essent propter sanctitatem
principua viri per omnia fidedigni: tamen ad omne du-
bium ammouendum: sic esse: ac se vidisse tactis
sacro sanctis iuramento firmaverunt. Viderunt
etiam in morte illa signa mirifica plusquam quin-
quaginta fratres: virorumque deo deuotissima cla-
ra cum ceteris sororibus suis et seculares innume-
ri ex quibus quamplurimi et osculati sunt et deuoti-
onis affectu: et tractauerunt ad testimonium
firmitate. Et in causa de translationibus. siue transi-
tu tanti patris ita scribit Bonauen. Audito
transitu patris et fama diffusa miraculi acce-
lerans populus confluebat ad locum. ut id cer-
neret oculis carnis: quod a ratione dubium omne
repelleret et affectioni gaudium cumularet. Ad-
missi sunt itaque ciues assisinares quamplurimi ad
stigmata illa sacra contemplanda oculis et la-
biis osculanda. vnus autem ex eis Hierony-
mus nomine miles litteratus prudens coram omni-
bus mouebat clauos statimque manus pedes
et latus manibus suis contractabat propter quod
testis huius veritatis constans effectus est.
Tercio probamus veritatem stigmatum franci-
sci ex miraculorum claritate. Multa quippe mi-
racula operatus est deus: postquam illa signa fran-
cisco donauit. Nam ut scribit Bonauen. in
causa de stigmatibus. circa montem aluerne gran-
dinis violenta tempestas fructus terre consue-
tudinarie deuastabat. Sed post illam appari-
tionem felicem non sine incolarum admiratione
grando cessauit ut celestis illius visionis ex-
cellentia et stigmatum ibidem impressorum virtu-
tem serenata preter morem ipsa celi facies decla-
raret. In prouincia retina pestis inualuerat
valde gravis: que oues et boues et omnes sic
consumabat crudeliter quod nullum poterat re-
medium adhiberi: vir autem quidam timens
deum nocte fuit per visionem comonitus ut ad
heremitorium fratrum festinanter accederet: et lo-
turam manuum ac pedum famuli dei francisci
qui tunc temporis morabatur ibidem acce-
ptam: super animalia cuncta respergeret: ma-
ne itaque surgens venit ad locum loturaque bu-
ius per socios sancti viri latenter obtenta: oues
et boues languentes ex ea respersit. Statim
que animalia languida et in terra iacentia recupe-
rato vigore surgebant continuo: et tamquam nil ma-
li sensissent ad pascua festinabant. Sicque fas-
cium est ut ad virtutem mirandam aque illius quae
sacras plagas tingere: ois passus plaga ces-
saret. apud hilerdā ciuitatem catalonie accidit

virum quendam nomine **Johannē**: beato frā
cisco deuotum: quodā sero per quandā ince
dere viam: in qua p inferenda morte latita
bant insidie non quidē ipi: sed alteri cuidam
qui videbat similis eius: et tunc erat in comi
tatu ipius. **E**turgens autē quidā ex insidijs
cum hostem suū hunc esse putaret tam letali
ter cum plagis plurimis gladiavit vt nulla
prozsus superesset spes recuperande salutis.
Siquidē primo inflicta pcussio humerū cū
brachio pene totū absciderat. **E**t ictus aliū
sub mamilla tantā reliquerat aperturā: vt fla
tus inde procedens circa sex candelas simul
iunctas extingueret. **Tū** igitur iudicio medi
corum ipius impossibilis esset curatio p eo
q putrescentibz plagis ex eis fetor tam into
lerabilis exhalaret: vt etiā ipa eius vxor vehe
menter horreret: nullisq iam humanis iūia
ri posset remedijs. **C**onuertit se ad beati pa
tris patrocinū quāta poterat deuotione po
scendum. **E**t ecce astitit quidā in habitu fra
tris minoris per fenestrā vt ei videbat ingres
sus: qui vocans eū ex noīe dixit. **Q**uia fidu
ciam in me habuisti ecce dñs liberabit te. **A**
quo cū eger q esset inquireret: franciscū illuz
se esse rēdit. **E**t statim vulnerū illi⁹ ligaturas
resoluit suisqz manibz tetigit. **C**uius tactū
mor pristine datus ē sanitati. quo facto bea
tus pater abscessit. **E**t ipse sentiens se sanātū
et in vocē diuine laudis et beati francisci le
tanter erumpens vocauit vxorē. **A**t illa cele
rius currēs et stare iam videns quē sepelien
dum credebat in crastino cū esset stupore p
territa viciniā totā clamore cōpleuit. **A**ccur
rentes autē sui cum illū crederēt tanqz freneti
cum in lectulo reponere: et ille cōtra renitens
assereret: et ostenderet se sanātū: tāto sunt stu
pore attoniti: vt quasi sine mente oēs effecti
fantasticū esse crederent quod videbāt. **Q**uia
quem paulo ante conspexerant plagis atro
cissimis laniatum et totum iam marcidū: ple
nā cernebant incolumitate iocundū. **A**d qz
ille qui factus fuerat sanus nolite timere in
quit. nolite credere inane qd cernitis: qz san
ctus franciscus mō a loco recessit et illarū sa
crarū manū tactu me integrē ab oī plaga cu
rauit. **Q**uo miraculo viso oēs deūz pariter
laudauerūt. **C**ōcludit ergo dñs **B**onauen.
dicens. **D**igne quidē beat⁹ pater carne iam
mortuus et viuēs cū xpo. pñtie sue ostēfione
mirabili: et manū suaz palpatōe suauī vul
nerato letaliter viro sanitatē cōcessit cū illi⁹
in se stigmata tulerit: q misericorditer moriēf
et mirabiliter surgēs vulneratū gen⁹ huma
num et seminiū relicū plagarū suarū virtu

te sanauit. **E**cce qd ex omni pte relucet veri
tas stigmatū francisci q a viris prestantissi
mis et sanctitate mira fulgētibz: vt patuit tā
multipliciter cōfirmatur.

Qu ex impressione stigmatū triplici decora
tur sublimi prerogatiua francisci. **Ca. ij.**

Secundū mysteriū cōtemplandū de sti
gmatibz illis sacris dī sublimitatis. **I**n
quo diligenter pscrutari debemus: qz subli
mis inter sanctos franciscus fuerit effectus
propter stigmata sibi data. **E**t hoc triplici ra
tione.

Primo rōne operis excedētis.

Secōdo rōne similitudinis excellētis.

Tercio rōne glorie resurgētis.

Primo apparet sublimitas et prerogatiua
francisci rōne opis excedētis. **Q**uia deus in
corpe illo fecit opus supnaturalē naturā ex
cedens. **A**d qd clariū intelligendū tres dif
ficultates erunt absolnende.

Prima vtrū stigmata francisci potuerūt esse
a natura vel artificio.

Secūda vtrū stigmatizatio francisci annu
meranda sit inter maxima miracula dei.

Tercia vtrū illud miraculū fuit pmanens
aut ptransiens aut successiuū.

Ad primā difficultatē dicimus q francisci
stigmata nō fuerūt a natura neqz ab arte: sed
a virtute oipotentis dei. **N**ō colligere possu
mus ex his q dicta sunt in pcedentibus testi
monio **G**rego. et **A**lex. et alioz. **S**ed fort⁹
id ostendim⁹ triplici rōne.

Primo rōne materie.

Secūdo rōne forme.

Tercio rōne vite.

Primo rōne materie. nam stigmata illa im
pressa fuerūt in materia dura in loco ossolo
et neruoso vbi nō facit casū imaginatio. qd
ppter ea dicimus qz pleriqz cōtendere saragūt
potuisse fieri q ex vehementissima imagina
tione passionis xpi: franciscus illas plagas
habuerit. qz vt dicit **A**uicenna in sexta pte na
turaliū imaginatio fortis pō corpus trāsmu
tare. **S**ed hoc nō est intelligendū in oibz.

Un **T**ho. in. iij. pte. q. xij. disputās vtrū aīa
xpi habuit omnipotentia respectu ppiū cor
poris in rūsione ad terciū argu. ait qz imagi
nationi si sit fortis naturaliter obedit corp⁹
q̄tum ad aliqua. puta q̄tum ad casum de tra
be in alto posita quia imaginatio nata est esse
principiū motus localis vt dicif. iij. de aīa.

Similiter etiā q̄tum ad alterationē: que est
fm calorē et frigus. et alia cōsequētia co qz
ex imaginatōne psequēter nate sunt psequi
passiones aīe fm quas mouet cor. et sicqz cō

motionē spiritū totū corpus alterat. **Alie**
 vero dispositiones corporales q̄ nō hñt na-
 turale ordinē ad imaginationē: nō transmu-
 tantur ab imaginatōe q̄tūm cūq̄ sit fortis.
 puta figura man⁹ vel pedis: vel aliqd simile
Hec tho. Materia igit illa ossiū et neruorū
 corporis francisci nō habebat dispositōz vt per
 imaginatōz illo mō trāsmutaret. **Secdo** oñ
 dimus q̄ stigmata fuerūt supnaturaliter z di-
 uina virtute corpi francisci depicta rōne for-
 me. nō enī tñ erat apertura in manib⁹ pedi-
 bus z latere. **Sz** in manib⁹ et pedibus vide-
 bantur clauī dei artificio fabrefacti. **De q̄b⁹**
 ita dicit **Bonauē. in. c. de stig.** In manib⁹ ei⁹
 et pedib⁹ apparere ceperūt signa clauorū iporū
 capitib⁹ in interiori pte manū et supiori pe-
 dum apparētib⁹: et eorū acuminibus existi-
 bus ex aduerso. **Erātq̄** clauorū capita i ma-
 nib⁹ z pedib⁹ rotūda z nigra. **Ipa** pō acumi-
 na oblonga retorta z repēssa: q̄ de ipa carne
 surgētia: carnē aliquā excedebāt. **Si** quidez
 repēssio ipa clauorū sub pedib⁹ adeo pmi-
 nens erat z extra p̄tensa: vt nō solū plātas so-
 lo libere applicari non sineret. verū etiā intra
 curuationē circualē iporū acuminū facili-
 ter immitti valeret digiti⁹ manus. sicut et ab eis
 ipse accepi q̄ oculis p̄p̄is p̄spererūt. **Et in. c.**
de trāitu mortis. Bonauē. ita sequit. **Cer-**
nebant quidē in mēbris illis felicib⁹ clauī ex
 eius carne virtute diuina mirifice fabrefacti
 sicq̄ carni eidē vniti q̄ dū a pte q̄libet p̄me-
 rentur p̄tinus quasi nerui p̄tinui et duri ad
 p̄tē oppositā resultrabāt. **Si** q̄s igit cōsideret
 illoz clauorū p̄ditionē facile dephendet sti-
 gmata illa dei sola potentia fuisse formata.
Tercio ostendim⁹ q̄ stigmata francisci fue-
 runt miraculosa rōne v̄te. nō enī potuisset p
 naturā viuere duob⁹ annis beat⁹ franciscus
 plagatus i quinq̄ locis spasmosis. ex q̄bus
 cōtinuo fluebat sanguis cū dolore vehemen-
 tissimo: nō solū corporis immo et cordis ex me-
 moria passionis dñice. **Neq̄** vsus est p̄ toto
 tpe illo aliquo vngueto vel medicā. **Sz** tñ
 pannis restringebat sanguinē emanantē: quē
 sexta feria libere p̄dire sinebat. **Et** q̄d ad hoc
 miraculū agerant ille plage odore fragran-
 tissime: ex q̄b⁹ nulla vnq̄ putredo vel immū-
 dicia causata fuit. **Secunda** difficultas erat
 vtrū stigmatizatio francisci annuerāda sit
 inter maria miracula dei. **Et** vt hoc melius
 intelligat audieda est snia sancti tho. i. pte. q.
 cv. ar. vi. vbi ait q̄ nihil p̄t dici miraculū ex
 cōparatione diuine potētie. q̄ q̄d cūq̄ factū
 diuine potētie p̄parū est minimū. **Uñ Aug⁹**
 in epla ad volusianū inq̄t. in reb⁹ mirabilē

factis tota rō facti est potētia faciētis. q̄ scz est
 eadē et qua vniuersa miracula fiūt. **Sed** d̄z
 aliqd miraculū p cōparationē ad facultatez
 nature quā excedit. et ideo fm q̄ magis exce-
 dit facultatē nature. fm hoc d̄z maius mira-
 culū. **Excedit** aut aliqd facultatē nature tri-
 pliciter. **Primo** q̄tū ad substantiā facti sicut
 q̄ duo corpa sint simul vel q̄ sol retrocedat
 aut q̄ corp⁹ humanū glorificet q̄d nullo mō
 natura facere p̄t. et ista tenent summū gradū
 in miraculis. **Secdo** aliqd excedit facultatē
 nature nō q̄tū ad id q̄d sit sed q̄tū ad id in q̄
 sit. Sicut resuscitatio mortuorū et illumina-
 tio cecorū et filia. p̄t enī natura causare vitā:
 sed nō in mortuo. p̄t p̄stare visum: sed non in
 ceco. **Et** hoc tenet fm locū i miraculis. **Ter-**
cio excedit aliqd facultatē nature q̄tū ad mo-
 dum z ordinē faciendi. Sicut cū aliq̄s subis-
 to p virtutē diuinā a febre curat: absq̄ p̄sue-
 to p̄cessu nature in talib⁹. **Et** cū statim mare
 cōdensat in pluuias virtute diuina absq̄ ita-
 turalib⁹ causis. sicut factū est ad p̄ces samue-
 lis et helie. **Et** hec tenet infimū locū in mira-
 culis. **Quelibet** tñ horū hñt diuersos grad⁹
 fm q̄ diuersimode excedūt facultatē nature
 hec tho. **Cū** itaq̄ stigmatizatio francisci sit
 opus tale quale neq̄ natura fecit: neq̄ facere
 p̄t. videt q̄ p̄pter substantiā facti sit cōnume-
 randa inter maria miracula dei. **Tercia** dif-
 ficultas an miraculū stigmatizatiōis fuit p
 manēs vel p̄transiens et successiuū. **Nā** in il-
 luminatōe ceci q̄uis potētia visiva miracu-
 lose deē tñ post acceptā illā potētiā cec⁹ na-
 turaliter videt ita q̄ miracula amplius non
 permanent. licet illuminatio fuerit miracu-
 losa. **Stigmatizatio** francisci miraculosa fuit:
 dum stigmata illi sunt imp̄ssa. **Sed** mira-
 culū idē p̄māsit. q̄ sp videbat res supnatura-
 lis. videbant quippe man⁹ z pedes cōclauati
 cū illis cōditionib⁹ q̄ supius posite sunt. **Et**
 erant illi clauī sepāt a carne mouebātq̄ in
 vulnerib⁹ illis. nec poterant inde extrahi. p̄-
 p̄ter rep̄cussionē. **Fertur** quippe q̄ dñ cor-
 pus sancti trāsportaret a sancta maria de an-
 gelis versus assisiū: delatuz fuit ad monaste-
 rium sancti Damiani: in quo morabatur vir
 go feruentissima clara: que accipiens manū
 corporis iam defuncti p̄ deuotione nimia
 illam osculabatur: tentauit autem ex vulne-
 re clauum extrahere neq̄ potuit quod et de-
 mum dimisit.

Secdo apparet sublimitas et p̄rogatiua fran-
 cisci p̄pter stigmatizationē rōne similitudi-
 nis excellentis. **Ipe** quidē similis factus est
 filio dei. **Notandū** tñ q̄ triplex similitudo p̄t

distingui. **P**rima dicitur personalis et omni-
 dem idempnitatis quod est per prouenientiam omni-
 modi in na-
 tura. et sic una persona est alteri similis in trini-
 tate ut dicit dominus Bonauentura in. ij. di. xv. et hoc
 non potest prouenire alicui creature neque humane
 neque angelice. unde in ps. dicit propheta. deus quod
 similis erit tibi: quasi diceret nullus. **S**ecunda
 est similitudo proportionalis dicta secundum propor-
 tionem. Sicut conueniunt et similes sunt nau-
 ta et auriga: hoc modo anima assimilatur deo in-
 quantum in ea una sunt tres potestates realiter di-
 stincte: sicut in una essentia diuina tres perso-
 ne. Similiter omnia que sunt a deo assimilantur ei
 ut dicit theologia. i. pte. q. v. in quantum sunt entia:
 ut primo et vniuersali principio totius esse.
Tercia est similitudo corporalis in manibus
 pedibus et latere miraculose signatis: et hoc
 usque nunc conuenit soli francisco de quo sic
 scribit Bonauentura. Descendit angelicus vir fran-
 ciscus de monte secum ferens crucifixi effigiem
 non in tabulis lapideis vel ligneis manu fi-
 gurata artificis: sed in carnis membris descri-
 ptam digito dei viui. Et iterum de eo dicit. **D**ex-
 trum quod latus quasi lancea transfixum rubea ci-
 catrice obductum erat: quod sepe sanguine sacrum
 effundens tunicam et femoralia in tanta copia
 respergebat: ut postmodum fratres socii: ea la-
 uantes: per tempus indubitater aduerteret: quod sicut
 in manibus et pedibus: sic et in latere famulus
 domini expresse haberet impressam similitu-
 dinem crucifixi. **T**ercio apparet sublimis pro-
 rogationa francisci propter eius stigmatizationem
 ratione glorie resurgentis. Nam sicut de marty-
 ribus refert Augustinus. li. xxiij. de ciuitate dei. quod resur-
 gent cum cicatricibus que ad ornatum facient et
 decorem corporum: non ad aliquam deformitatem.
 Ita pie tenere possumus quod franciscus cum il-
 lis signis cum quibus ex hac vita discessit ad
 vitam immortalem resurget.

Quod stigmata fuerunt impressa francisco satis
 congrue respectu persone loci et modi.

Capitulum. iij.

Tercium mysterium contemplandum de stigma-
 tibus beati francisci dicitur congruitatis:
 licet enim inuestigabiles sint vires dei nihil tamen
 ab eo fieri arbitrandum est nisi in pondere nu-
 mero et mensura. **I**ccirco dum franciscum vo-
 luit consignare conuenienter ac rationabiliter id
 effecit: potest autem colligi congruitas talis stigma-
 tizationis ex triplici respectu.

Primo respectu persone.

Secundo respectu loci.

Tercio respectu modi.

Primo quidem congrue sunt illa stigmata
 impressa francisco respectu persone. Elegit quod

dem deus illum ut temporibus istis nouissi-
 mis verbo et exemplo ad regnum celeste ho-
 mines inuitaret confirmaretque doctrina sua in
 fide que iam pene ubique defecerat. Quis igitur
 illum audire recuset. Quis ei de immortali vi-
 ta docenti non credat dum videt in illo corpore
 regis eterni admirandum vexillum. **P**ropterea
 inquit Bonauentura. alloquens sanctum franciscum
 Eya nunc strennuissime miles christi ipsius
 fer arma inuictissimi ducis: quibus munus
 insigniter omnes aduersarios superabis fer
 vexillum regis altissimi: ad cuius intuitum
 omnes pugnatrices diuini exercitus anime
 tur. **F**er nihilominus sigillum summi pontifi-
 cis christi: quo verba et facta tua tanquam irre-
 prehensibilia et autentica merito ab omnibus
 acceptentur. Ita enim propter stigmata domini
 iesu christi que in corpore tuo portas: nemo
 tibi debet esse molestus quin potius quilibet
 christi seruus debet esse deuotus. Jam per hec
 signa certissima: non duobus vel tribus testi-
 bus ad sufficientiam: sed quamplurimis ad super-
 abundantiam comprobata testimonia dei in te et
 per te credibilia facta nimis: omne tollit in-
 fidelibus excusationem velamen. hec Bonauentura.
Quare autem alijs a francisco non fu-
 erunt stigmata data non est nostrum inuestiga-
 re sed nouit ille qui fecit: cuius opera cuncta
 optima sunt censenda. **S**ecundo colligi-
 tur congruitas stigmatum francisci respectu
 loci: impressa quidem fuerunt in loco conueni-
 enti. scilicet in monte aluerne: ut sic deprehendi pos-
 set operis magnitudo. Nam grandia facta
 sunt in montibus celebrata leguntur post dis-
 lunium requieuit arca in montibus armenie
 ut scribit Gene. viij. c. In monte berbel stetit
 abraham egressus a patria ut patet Genes. xij. ca.
 In monte galaad stetit iacob fugiens laban
 Genes. xxxij. c. In monte synai moyses legem
 accepit Exodi. xx. ca. In monte garizim filij
 israel adorauerunt dominum quando primo intra-
 runt terram promissionis. et Paralip. iij. c. In
 hierusalem in monte moria edificatum fuit templum
 Salomonis. In monte taboz transfiguratus
 est christus. matth. xviij. c. De monte oliueti ascendit
 ad celos. Act. i. Et ne singula complectamur
 In monte aluerne consignatus fuit signis pas-
 sionis franciscus. Ille siquidem mons separatus
 est ab alijs: ad innuendum quod franciscus penitus
 fuit alienus ab amore mundanorum. Est insuper
 eleuatus ad significandum quod beatus franciscus
 elatus erat ad contemplationem diuinorum amorum
 bonorum celestium. Et ad hoc ille mons in
 plerisque locis apertus: ubi scissure videntur
 quasi violenter: non naturaliter facte: possibile

esse: ut tempore illo ita eueniret: q̄ petre ille
scisse sunt: patietē cruce iesu filio dei. **T**er-
cio colligit cōgruitas stigmatū francisci re-
spectu modi qui exprimit a Bonauen. dum
ait. Fidelis reuera famul⁹ ⁊ minister xp̄i fran-
ciscus: biennio ante xp̄i spirituz redderet celo:
cum in loco excelso seorsum qui mons aluer-
ne dicit⁹ quadragenariū ad honorē archan-
geli michaelis ieiuniū inchoasset supne con-
templatōnis dulcedine abundantius solito
superfusus ac celestiu desiderioz ardentioze
flamma succensus supernarū cepit immissio-
num cumulatius dona sentire. Dum igitur
seraphicis desiderioz ardoribz sursum age-
ret in deū ⁊ affectus: cōpassiua teneritudine
transfo: mare in eū: cui ex charitatis nimia
crucifigi cōplacuit. quodā mane circa festuz
et alarōis sancte crucis in latere mōris orās
vidit quasi speciē vnus seraph. sex alas taz
fulgidas q̄ ignitas habentē de celoz subli-
mitate descendere q̄ volatu celerissimo ad aeris
locum viro dei appinquū pueniens: nō soluz
altus: sed et crucifixus apparuit. **Q**uā⁹ qui-
dem et pedes habens extensos et cruci affi-
xos. Alas vero sic miro modo hincinde di-
spostas: vt duas supra caput erigeret: duas
ad volandū extendet: duabz vero reliquis
totū corpus circumplectendo velaret. **H**oc
vidēs vehementer obstupuit: mixtūqz dolori
gaudiū mens eius incurrit: dū et in gratio-
so xp̄i aspectu sibi tam mirabiliter q̄ familia-
riter apparētis: excessiuam quandā cōcupie-
bar lenciā et dira cōspecta crucis affixio ipi⁹
animā cōpassiui doloris gladio ptransibat.
Et infra lequū. disparēs igitur visio post ar-
chanum ac familiare colloquiū mentē ip̄ius
seraphico interi⁹ inflammanit ardore. **C**ar-
nem vero crucifixo cōformi exterius insigni-
uit effigie: tanq̄ si ad ignis liquefactiū vir-
tutē preambulam: sigillatū quedā esset im-
pressio subsecuta. **E**x his luculenter apparet
q̄ digna q̄ singularis q̄ue stupenda fuerit
impressio illoz stigmatū: nec titubare quispi-
am debet apparitione xp̄i qui in specie sera-
phicā et veluti crucifixus videri voluit: quo-
niā huiusmodi apparitio cōueniebat tali mi-
sterio. **N**ono quippe modo crucifigendus
erat franciscus: atqz ardore seraphico debe-
bat inflammarī. **Q**uare vt discipuli eūtes in
emans viderūt illū in specie pegrini: et mag-
dalena quasi hortulanū insperit. et stephan⁹
veluti stantē a dextris dei agnouit. ⁊ paulus
ingenti lumine decorat⁹ intuitus ē: ita fran-
ciscus regē celoz ⁊ dominū glorie veluti cru-
cifigam sibi apparentem adorauit. **F**elices

oculi qui meruerūt adhuc in hac vita morta-
li tali visione gaudere. **A**ures beati Fran-
sci q̄ a redemptori mūdi vigilanter se vocari
perceperūt. **C**orpus omni mundicia reple-
tum: in quo mirabiliter xp̄i vulnera sunt re-
nouata: hec igit⁹ sunt illa stigmata: speculum
immortalitatis: spes vite future: firmitas fi-
dei: et dñi nostri iesu xp̄i validissimū testimo-
nium. hec sunt q̄ tota mentis deuotōe a cun-
ctis fidelibz sunt colenda. **H**ec sunt q̄ franci-
scus offert et ostendit xp̄o: dum p fidelibus
intercedit. **P**ater quidē dei ostendit pectus
et vbera: filius latus ⁊ vulnera: et franciscus
sua sacra stigmata. **Q**uibo interuenientibus
eū inuocantibz impetrat exoptata beneficia
et tandem gratiā in presenti et in futuro glo-
riam. **A**men.

Sermo quadragesimus quintus de tribz
excellētis beati francisci.

Vidi alterum an-
gelū ascendente ab ortu solis ha-
bentē signū dei viui: et clamauit
voce magna. **S**cribunt hec verba **A**pocal.
viij. ca. pclarissima beati francisci pconia ex-
cedunt quidē multūqz supereminet omnes
humani eloquiū facultatē. **A**bundauit quip-
pe in eo gratia saluatoris nostri quē pater mi-
sericordiarū et luminū tā larga dulcedinis
benedictōe preueni. q̄ sicut ex vite ip̄ius de-
cursu luculenter apparet nō solū de mundia-
libz tenebris eduxit in lucē: sed et pfectis ef-
fecit virtutū progatiua et meritis celebrē: nec
nō pclaris circa eum crucis ostēsis misterijs
insigniter pmonstrauit illustrē. **L**icet ergo i
precedenti sermone franciscū mira laude sue-
rimus psecuti: ex eo q̄ signa crucifixi bien-
nio tulerit: nihilominus offerūt se q̄ multa-
memoratu digna de ipso adhuc differenda:
hec vero a iohanne sunt designata in verbis
assumptis pro themate: in quibus triplex ex-
cellētia sancti francisci exprimitur vel con-
tinetur.

Prima dicit diuinalis missionis.

Scōda virtualis pfectionis.

Tercia singularis magnificationis.

Quod beatus francisc⁹ fuit missus a deo: qd
pbat quinqz rōnibus.

Capitulū. i.

Prima excellētia bñ francisci dicit diuina
missionis q̄ exprimit a iohāne cū di-
cit: vidi alterū angelū. s. beatū franciscū dei
nunciū: amabile xp̄o: imitabile nobis: et ad-
mirabile mūdo. **I**p̄e quidē fuit a deo missus
vt hoīes excitaret ad desideriu supnoz: neqz
diabolū suggestione aut spirituū et humorū